Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Quaestiones argumenti obstetricii

https://hdl.handle.net/1874/295857

II 17

QUAESTIONES
ARGUMENTI OBSTETRICII,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

GOZEWINI JANI LONCQ, C. J. FIL.,

MED. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISQUE IN

ARTE OBSTETRICIA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

DEFENDET

RUDOLPHUS THEODORUS HART,

e pago Nieuwer-Amstel,

MEDICINAE DOCTOR.

DIE XXI FEBRUARII, A. MDCCCLXIII, HORA VII DIMIDIATA.

AMSTELODAMI,

APUD A. ZWEESAARDT ET FILIUM.

MDCCCLXIII.

THESES.

I.

Assentior viro Cl. Spiegelenberg dicenti: Wenn in Folge eines Missverhältnisses durch das Zusamentreffen verschiedener Umstände das Leben des Kindes verloren gegeben werden muss, so hat man das volle Recht, auch ein lebendes Kind zu perforiren, damit man wenigstens die Aussicht der Erhaltung der Mutter habe. Hält man an dem entgegengestzten Grundsatze fest, so rettet man nicht bloss nicht das Kind, sondern richtet in der Regel auch die Mutter zu Grunde.

II.

In parturiendi negotio multo minus offenditur velamenta non rumpendo quam rumpendo.

III.

Post uteri rupturam, nisi infans maturus in abdomen lapsus luculentissime vitam prodat, ne periturae matri laparotomiam instituas.

IV.

Secundinarum solutio secundum methodum, quam vir Cl. Crédé praeprimis laudavit, ceteris praeferenda.

V.

In instituenda extractione manuali capitis succedentis egressus non nisi in pelvis cavum descenderit methodo, quae dicitur Pragensi promoveri debet.

VI.

Graviditas extrauterina primis mensibus a normali vix distingui potest.

VII.

Carcinoma colli uteri gravidi abortum artificialem vetat.

VIII.

In haemorrhagiis uteri, dilatationis stadio accidentibus, quae a placenta praevia non dependent, a turundis abstine.

IX.

Repositoria, quibus funiculum umbilicalem prolapsum reducere conantur, prorsus rejicienda sunt.

X.

Foetus situs capite praevio e gravitatis lege explicandus est.

XI.

Abortum artificialem in pelvi cum normali, tum abnormi suo tempore instituere licet.

XII.

In convulsionibus parturientium plus plerumque auxilii per cutem, rectum intestinum et vaginam quam per os adferri potest.

XIII.

Vectis usus ab obstetricatoribus non omnino negligendus est.

XIV.

Vis quae vocatur electrica ad neonatos data necessitate excitandos valentissimum auxilium.

XV.

A situ capitis foetus obliquo, dummodo intactum manet, neque in parturientem neque in foetum incommoda redundare solent, quae facile producuntur, inepto situs mutandi molimine

XVI.

Punctio velamentorum peculiari instrumentorum genere non indiget.

XVII.

Ubi pelvis parum ex angustia peccat, facie praeversa, partum versione quam forcipis auxilio absolvere praestat.

XVIII.

Recte vir Cl. VAN SWIETEN: numquam fere magis periclitatur fama medici quam ubi agitur de graviditate determinanda.